The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Malicia s
cum fonte primo

Malignitatem uite
nostre similitudo declarat.
Aranea est animal debile ac
tenuissimum quod transeuntibus muscis

quedam recia dolosa contexit. Sic anni
eorum qui sceleratis operibus dediti sunt,
inanibus et subdolis machinationibus
occupantur.

Cassiodorus ibidem (super Psalmos)
super illud: Anni eorum sicut aranea.

Malignitatem uitae
nostrae posita similitudo declarat.
Aranea est enim animal debile ac
tenuissimum, quod transeuntibus muscis
ad escam sibi procurandam
quaedam retia dolose contexit: sic anni
eorum qui sceleratis operibus dediti sunt,
inanibus et subdolis machinationibus
occupantur.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 89, 9 (CCSL 98, M. Adrien ed., p.825, ll.189-193).